# Themestii de arte dialectica

Scire s(ane) debemus praedic(amen)tas species diffi-
nitionum topicis in coniuncto esse sociatas quo-
niam quaedam argumenta sunt positae et non
nullis locis commemorantur in topicis.
Nunc ad topicam ueniamus
quae sunt argumentorum sedes fontes sen-
suum origines dictionum de quibus breuiter aliqua
dicenda sunt ut et dialecticos et rethoricos [locos] si-
ue eorum differentias agnoscere debea-
mus ac prius de dialecticis dicendum est.
Propositio est oratio uerum falsum ue sig-
nificans ut si quis dicat caelum esse uolubile.
Haec enuntiatio et proloquium nuncupatur. Quaes-
tio uero est in dubitationem ambiguitatemque adducta
propositio ut si quis quaerat [an] sit caelum uolubile.
Conclusio est argumentis adprobata propositio
ut si quis ex aliis rebus probet caelum esse uolu-
bile. Enuntiatio quippe siue sui tantum causa dicitur
siue ad aliud adfertur probandum, propositio est
si de ipsa quaeritur, quaestio si ipsa est adproba-
ta conclusio. Idem igitur propositio quaestio et con-
clusio sed differunt modo. Argumentum
est oratio rei dubiae faciens fidem. Non uero idem
est argumentum quod argumentatio nam uis sententiae
ratioque eaque clauditur oratione cum ali-
quid probatur ambiguum argumentum uocatur.
Ipsa uero argumenti elocutio argumentatio dicitur,
quo fit ut argumentum quidem mens argumentati-
onis sit atque sententia. Argumentatio uero argu-
menti per orationem explicatio, locus uero est

F 11

© Bibliothèque nationale de France / gallica.bnf.fr
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bnf_lat16668/0085